Quelle: https://manuscripta.at/?ID=30611
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

xpc est ad iusticiam omni credenti. Moyses posuit super eum manum suam. hoc est quod dicitur in
euangelio dicens. De me enim ille scripsit. Et non surrexit ultra propheta in israel sicut moyses. in illos
iudeos. qui xpi natiuitatem precesserunt spiritualiter non xpm signat. cui nullus operacione. sed et apostolis
moyses maior non erat. quibus a saluatore dicitur: Beati oculi qui uident que uidetis. Dico enim uobis quod
multi reges et prophete uoluerunt uidere que uidetis et non uiderunt. Moyses etiam typum xpi gessit. qui
nos de egypto id est de erroribus mundi eripuit per baptismum peccatis uitiisque omnibus dimissis.
Quod iosue filios israel obedisse dicitur: significat sanctorum deuotionem quam xpo exhibent saluatori.
De prologo beati Ieronimi in Iosue et Iudicum.
Tenore: ordine. Per multa per concisiones
id est per sententias. Amici mei per antiphrasim per inimicis. Exait quasi exaplois de exemplaribus.
Arcuato uulnere: quia cauda scorpionis qua ferit curua est. Postliminio quasi post captiui
tatem reuersus uita que amiserat recepit. Syrenas fingunt tres fuisse ex parte uirgines et ex parte
uolucres. habentes alas et ungulas quarum una uoce. altera tybiis. tercia lyra canebat. que
illectos cantu nauigantes in naufragium trahebant. Secundum ueritatem autem tres meretrices erant.
que transeuntes quosque trahebant ad egestatem. his facte sunt infixe naufragia. Alas autem dicuntur
habuisse et ungulas quoniam amor uolat et uulnerat. Que in fluctibus commoratae dicuntur quia
De libro Iosue et Iudicum. Fluctus ueneris creasse fingitur.
Polenta farina subtilissima. Concisior concussior. Anathemate abhominatione. In pri
mogenito suo fundet id est in morte primogeniti. et in nouissimo per m. id est in morte nouis
simi. Piratiis modicis carinulis. in lubricis uictorum id est in animalibus uilissimis. Subneruare
neruos succidere. Ierusalem duobus nominibus componitur. iebus et salem. A fluuio turbido id est nilo. Ena
chim gygantes. Alingua maris. uallis raphaym id est gygantum. Ciuitas litterarum. quia
ibi litterales id est docti fuerunt. uel quia lex ibi frequentabatur. Taphua nomen fontis. Ingre
diar uiam uniuerse terre per quam omnes homines ambulant. Optio electio. Nouellis ouibus unius anni
que nec dum generant. Iudas ascendat id est othomel de ipsa tribu. Cariatharbe et hebron. uel
unum nomen ciuitatis. Falcatis curribus id est serratis ut quidam codices habent. Satrape dicuntur apud
persas et palestinos principes et prefecti. Capulus dicitur uel quia caput est gladii. uel quia ibi capitur
ut teneatur. Sagum est gallicum nomen. et dicitur sagum quadrum. eo quod apud eos primum quadratum uel quadru
plex erat. De galgalis ubi erant ydola. Sica a secando dicta. Est enim gladius breuis quo maxime
utuntur qui apud ytalos latrocinia exercent. Unde sicarii dicti. Fertur autem dum cuidam gladius in nudo curuatus
esset gladius. usque ad corrigendum procurreret. a pugnante responsum est. Sic hac pugna
bo. Inde sice nomen datum. Postica parua ianua. post tergum domus. in uno loco latens latens
hostium. Thabor: mons in quo balaam uoluit maledicere filiis israel. Adosereth gentium.
quia ante gentiles inde fuerunt. Aber cinei id est qui fuit de stirpe cinei id est de iethro generis moysi
Obab ipse est iethro madianites. Clauum tabernaculi. quando tenditur tabernaculum. claui fieri te
re infigunter. Malleus uocatur quia dum ferrum calet et molle est. cedit et producitur. Timpora dicta
quia mutantur quasi tempora quibusdam interuallis. Terra mota est ubi filii israel uirgati sunt contra moysen
et aaron. et ceciderunt iuuentes in infernum. Celique ac nubes distillauerunt id est manna. Mon
tes fluxerunt ad aquas contradictionis. Mater israel id est debbora. Baratrum nimie altitudinis nomen
est. et dictum barathrum quasi uorago atra. Magnanimus ab eo quod sit magni animi. magneque uirtu
tis. Conche et coclee uocantur quod deficiente luna cauantur id est euacuantur. Concha autem nomen prime
impositionis. coclea uero per diminutionem. quasi conchula. Omnium autem clausorum maris animalium
atque concharum. incremento et defectu lune euacuantur. Lagena et sicula. greca sunt nomina.

Tenore
Exaplois.
de scorpio. Post liminio
Syrene.
id deducebant
Polenta
Concisior: Anathemate
Piraciis. In lubricis uictorum.
Duobus nominibus componitur Ierusalem.
Enachim. Raphaim. Ci
uitas litterarum. Taphua.
Optio. Nouellis ouibus.
Othomel. Cariatharbe.
Falcatis curribus. Satrape.
Capulus.
Sagum.
Sica
Postica.
thabor: adosereth.
Aber.
Obab. Clauum tabernaculi.
Malleus. Tympora.
Mater israel. Barathrum
Magnanimus.
Conche. Coclee.
Lagena et sicula.